



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

**2. Opinio.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

nas, & impunè transeat ad tertias, & ulteriores nuptias. Secùs dicendum, quando foemina transiens ad secundas nuptias, est minor, aut quando filius moritur post ætatem pupillæ. E. Ultimus casus est, quando coniux de licentia Principis ad matrimonium transeat; quod prilegium intelligitur absque praetenditio ter-  
tiij, lib. 7, disp. 89 à nu. 41. usque ad finem.

O

*Occasio.*

**L**icitum est permittere, seu non auferre mali occasionem ob aliquod maius bonum, v. g. ut aliquis deprehensus resipiscat, lib. 10, disp. 12, nu. 52. Offerre tamen talēm occasionem, aut consulere, nunquam licet, ibid. num. 53.

*Opinio.*

1 Opinio singularis alicuius Doctoris substantis matrimonium, præferunt plurimum sententiæ illud impugnantium: nisi textu aperito initatur, lib. 1, disp. 18, nu. 7.

2 Opinio paucum probabilis & tutu porestatione maghi periculi amplecti, lib. 2, disp. 36, num. 8.

3 Opinio communis, aut verior non dicitur ex multititudine authorū perfunctorie tractantium, libr. 3, disp. 44, nu. 2.

4 Opinonibus existentibus, an aliquis sit legitimus parochus ad assistendum matrimonio, vel audiendas confessiones, vel an aliquæ licentia sit legitima; vel prilegium Bullæ sit

P

reuo-

reuocatum, vel extendatur ad talē casum, & opinio negans sit coram Deo vera; dum ea veritas latet, & probabili sapientum opinionē habetur esse legitimū parochūm, vel legitimā licentiam, &c. valent confessiones, & matrimonium, lib. 3. disp. 23. nū. 6;.

*Ordinarius.*

i Ordinarius censetur, vt possit interesse matrimonio, & dare licentiam illi assistēdi, Episcopus in sua diocesi, & Archiepiscopus in sua. Item Capitulum sede vacante potest affterē matrimonio, vel dare licentiam. Itē Abbas Ecclesiæ nulli Episcopo subiectæ, Cardinales in Ecclesijs sui tituli. Itē legatus in Provincia suæ legationis. Non potest tamen Ordinarius interesse matrimonio subditorum Abbatum Ecclesiæ non subiectæ, nec suffraganei, nisi cognita causa per appellationem, lib. 3. tota disp. 28.

*Ordo.*

i Episcopus potest Ordines negare ob singularitatem occultam, lib. 3. disp. 15. nū. 12.

ii Recipiens ordines cum dimissorijs Capituli se de vacanti nō potentis eas cōcedere, ipso facto amittit priuilegia absque iudicis sentia, lib. 7. disp. 46. nū. 20.

iii Continentia est annexa Ordini sacro solum de iure Ecclesiastico, & conuenientissimè etiam Ordini Episcopali. Quæ abstinentia obligat abstinere à nuptijs, & ab omni actu venereo, lib. 7. disp. 27. à nū. 1. usque ad 8.

4 Co<sup>rd</sup>